

## Aduertencias para

52 ¶ Ultimo aduerte, q̄ Pius. 5. die. 4. Ianuarij, anni Domini. 1569. concessit Fratribus de Societate impartibus Indiarum, q̄ possint Baptizare extra Ecclesias, & sine consuetis Ceremonijs, cum Ministri iudicauerint id oportere ad maius Dei obsequium, propter paucitatem Ministrorum, & incommoditates, quæ se offerunt. Quod Gregorius. 13. postea extendit ad aliud decennium, vt patet ex Viuæ vocis oraculis Societati factis. Quam facultatē possunt Superiores communicare, ijs quibus expedire iudicabunt. Ex Compendio Indico Societatis, verbo, Baptismus, & partim refert Pater Emanuel Tom. 1. qq. q. 31. ar. 6. Pater Magister à Veracrucē in Compen, verbo, Baptizare, in fine dicit hoc priuilegio etiam vti posse Ordines Mendicantes ob communicationem, quando eadem occurrat necessitas.

## B E N E D I C E R E.

1 ¶ Leo decimus concessit Generalibus Prouincialibus, & Custodibus, nec non & Guardianis Fratrum Minorum de obseruātia pro tempore existentibus, vt omnia & singula eiusdem Ordinis de obseruantia  
Eccle-